

ta: ut tradit Mart. Abb. S. Joannis de la Penna in sua *Historia lib. 4. cap. 16.* pagina mihi 663; & ex Zurita lib. 1. *Annal. c. 33.* observat Carrillo in *Catal. Episcoporum Barbastrensi* pag. 384.

168 Ex his inquirere possumus an in Cathedralium Sedium erectione Principis secularis requiratur postulatione? in qua questione Glos. in *extrav. unica.* verb. *ereximus.* de offic. Deleg. Francisc. Mar. dec. 1122. n. 34. & 35. Filescac de *sacra Episcop. auth. c. 7. §. 7.* pag. 195. ubi refert Epistolam Innoc. III. in qua probat & laudat Archiepiscopum Rhemensem, qui in quodam Castro suo cupiebat novum erigere Episcopatum auctoritate Sedis Apostolicæ, sed non sine assensu Regis: quos sequitur Solorz. de *Indiar. lib. d. tom. 2. lib. 3. c. 5. n. 13.* & in *polit. Indiar. l. 4. c. 5. vers. esto misimo supone:* quod requiritur de congruentia, & non de necessitate intelligendum est; ut ex Filescac allegato constat: alias enim à voluntate Principis secularis, non ab auctoritate independenti Romani Pontificis penderet: idque etiam probatur ex indulto à notiss. Catholicis Hispaniarum Regibus obtentum pro erectione novarum Cathedralium in partibus Indiarum cum limitatione & dependentia sanctæ Sedis Apostolicæ, à cuius omnimoda facultate id totum dependet; ut ibi practicum fuit: de quo vide plura exempla apud Solorz. d. tom. 2. cap. 5. n. 14. & 15. & in *polit. d. c. 5. vers. yel modo que en esto se ha tenido.*

CAPUT IV.

An Ecclesiæ Cathedralis in quocumque loco erigi possint.

SVM MARIVM.

Ecclesia quibus conditionibus erigi possit, 1.
 Præsumptum quale debeat esse ut Ecclesia erigi non possit, 2.
 Cathedralis in civitatibus erigenda, 3.
 Absque Metropolitanæ licentia antiquitus Cathedralis erigi non poterant, 4.
 Episcopi absque Metropolitanæ consilio ardua facere non valebant, 5.
 Dignitas Episcopalis an constituat Civitatem, 6.
 Cathedralis in maioribus civitatibus collocanda 7. 81. Et quando e contra, 165.
 Nomen Episcopi, numerositate vilescit, 8.
 Episcopi ubi ponendi, 9. & seq. & 13.
 Abbates ubi ponendi, 10.
 Episcopi ex quibus contemptibiles fiant, 11.
 Iura Romani Imperij parcesimè concessa, & quare, 12.
 Episcopi parve civitatis contempti à vulgo, 13.
 Gentiles Tempia diis in novis civitatibus erigebant, 14.
 Civitatibus supremis privilegia specialia conceduntur, 15.
 Civis civitatum supremarum alijs præferuntur, 16. 70.
 Civis Romani omnibus civibus quare præferendi, 17. 71.
 Canonici Collegiarum Romæ præferuntur Cathedralium Canonici alterius civitatis, 18. 70.
 Alexandria Ecclesia quare Antiochenam præcedat, 19.
 Jerusalem quare minor Casarea, 20.
 Casarea Metropolis Palæstine, ibid.
 Conventus electi, & ex quibus populis constaret, ibid.
 Civitates antiquiores fuerunt Cathedralibus, 12. 79.
 Provincia ante adventum Christi divisæ, 22.
 Diocesis quid apud Romanos, 23.
 Diocesis quando divisæ, ibid.
 Civitatum origo, 24.
 Que fuerint prima, 25.
 Cui quot civitates fundavit, 26.
 Urbes unde ditæ, 27.
 Quomodo edificabantur olim, & quare aedemoluntur, 28.
 In Hispania quando Civitates edificari ceperunt, 29.
 Civitates definitio, 30. 34. 87.
 Civitas quibus modis sumatur, 31.

Civitas, & Urbs, in quo differant, 32.
 Civitas quilibet Urbs appellari potest, 33.
 Civitates quomodo adificentur, destruantur, & alia, 35.
 Civitatum differentia, 36. 61.
 Regia Civitates que? 37.
 Plures Civitates Regia numerantur: & de Cesarangusta, 38.
 Cesarangusta Civitas, quare Metropolis appelletur, 39.
 Maxime civitates merum imperium exercent in civis, & civitates alias, 40.
 Mediocres idem in suos civis, ibid.
 Parve nullum imperium, sed nudam tantum tuitionem sui habent, ibid.
 Civitas præficialis que dicitur, 41.
 Trina differentia civitatum tribus ordinibus civium correspondens, 42.
 Maiorum Civitatum plura nomina, 43.
 Præcedunt plures & quas, 44.
 Principi superiorem non recognoscens maior est Civitate suprema, 45.
 Auctoritas Civitatum, 46.
 Civis maioris civitatis, quibus minorum civitatum præcellunt, 47.
 Metropoles civitates que? 48. & seq.
 In singulis Rebuspublicis una debet esse Civitas Metropolis, 49.
 Quare invente, ibid.
 Metropolitanarum civitatum differentia, 50.
 Metropolitanæ Ecclesiæ ubi collocandæ, 51.
 Episcopi in quibus Civitatibus instituendæ, ibid.
 Romani Civitates Dioceses appellabant, 52.
 Episcopatus Christiani Dioceses vocantur, ibid.
 Magistratus in Civitatibus maioribus ponendi, 53.
 Villarum & Civitatum differentia, 54.
 Civitates pusille, Villa appellatur, 55.
 Habitatores rustici qui appellantur, 56.
 Villa quid sit, 57.
 Villicus quid sit, 58.
 Civitates in Francia Villa appellantur: & Villagium quid? 59.
 Salguine Civitatis status & decor antiquus, 60.
 Cathedralis, quare in Civitatibus erigenda, 62. 67. 70.
 Multitudinis damna, 63.
 Multitudo imperfectum arguit, 64.
 Homines magni in oppidulis nati, 65.
 Homines insignes facilius in Civitatibus inveniuntur, 66.
 Per habitationem Episcopi quo pacto splendidior fiat civitas, 67. & seq.
 Civitates per commercium augentur, 69.
 Civitas an detur sine Episcopo, 72. & seq.
 Civitas sola est que habet Episcopum, 73.
 Contrarium, 75.
 Episcopi ubi positi à primis parentibus, 74.
 Ius creandi Civitatem independentem est in Principe seculari, 78. 82. 86. 89.
 Civitas privata Cathedrali honore, remanet Civitas, 77.
 Civitates sine Episcopo esse posse pluribus exemplis probatur, 78. 97.
 Civitates sine Episcopo esse de hère Civili, secus de hère Canonico, qui tenuerunt? 79.
 Reprobatur, 91.
 Episcopata erectio in Villa, fit Civitas eo ipso, 80. 113.
 Civitas an possit erigi à populo sine Principe, & e contra, 81. & seq.
 Concessi privilegia alicui Villa, que non nisi Civitatibus conceduntur, eo ipso remanet Civitas, 84.
 Idem, si Princeps scribat alicui loco tanquam Civitati ex certa scientia, 85.
 Civitas in quo consistat, 87.
 De hère Gentium populus potest erigere Civitatem, 88.
 Sola voluntas Principis Civitatem facit, 89.
 Quomodo debeat constare de ista voluntate, 90.
 De hère Canonico an detur Civitas sine Episcopo, 91.

Ad

Ad essentiam Civitatis de hère Canonico non requiritur Episcopus, 92.
 Cathedralis non datur nisi in Civitate maxima: Civitas vero maxima sine Cathedrali datur, 93.
 B. Petrus Ecclesiæ ad similitudinem Hæarchie instituit, 94.
 S. Anacletus prohibuit in modicis Civitatibus & Castellis Episcopos poni, 95.
 S. Leo idem confirmavit, ibid.
 Merum & mixtum imperium à R. Pontifice, & Principe seculari concedi potest, 96.
 Civitates plures erant, & postea Cathedralis in eis erectæ, 98.
 Jogenus nobilis factus, ex nobilitate non efficitur magis ingenuus, 99.
 Sacerdos Episcopus factus, per consecrationem, non fit Presbyter, 100.
 Civitates tantum appellari habentes Episcopum quo pacto intelligendum, 101. & seq.
 Una unum Episcopum habere debet, ibid.
 S. Paulus quare antonomastice vocetur Apostolus, 102.
 Civitas Romana quare Urbs appellatur, 103.
 Cathedralis Episcopalis ad complementum honoris Civitatis, non ad essentiam requiritur, 104.
 Deus Civitatis completur per existentiam Cathedralis, 105.
 Civitas suprema habet Episcopum, ergo non habens Episcopum non est suprema, non rectè deducitur, 106.
 Habet Episcopum Civitas, ergo est suprema; optime deducitur, 107.
 Tex. in c. 1. de priuil. interpretatur, 108.
 Tex. in c. In illis, 80. distin. interpretatur, 109.
 Civitatum maximarum differentia, 110.
 Civitates quas inter se præcedentiam habeant, 111.
 Cap. 1. de offic. Ordin. interpretatur, 112.
 Civitatem posse dari sine Episcopo quo pacto intelligitur, 113.
 Princeps secularis quoad iura secularia Civitatem erigere potest, 114.
 In his privilegijs, que comprehendantur, 115.
 Imperator quomodo Clericis privilegia concedere possit, 116.
 Princeps dat privilegia temporalia, Papa spiritualia, 117.
 Civitas ut habeat privilegia spiritualia consensus Pape requiritur, 118.
 Antiqui Romani Ius civitatis concedebant, 119.
 Facultatem habens erigendi Cathedralis, privilegia concedere potest, 120.
 Clericus dignitatem Ecclesiasticam ab Imperatore, vel Laico, recipere non potest, 121.
 Beneficij à Papa erectis bene potest Princeps secularis privilegia concedere, 122.
 Malto à situatione territorij non valet de temporalis ad spiritualis, 123.
 Civitas parva quando possit erigi in Episcopatum, 124. 127. 160. 165.
 Civitas Laurentiana quare Cathedralis habet, & quis eam erexit, 161.
 Laurentiana quando Collegiata, & quando in Cathedralis erecta, 125.
 Auctor gratias agit Deo, quia ibi primam Missam celebravit, 126.
 Episcopalis dignitas non vilescit ex habitatione in Castello, 128.
 Populi opinio plerumque mendax, 129.
 Populus est docendus, non sequendus, 130.
 Superior legibus & rationi, non clamori populi adherere debet, 131.
 Cathedralis erecta quomodo gubernanda quoad privilegia, 132.
 Vterque Princeps suos constituit Indices, 133.
 Civitas privata Episcopo an remaneat Civitas, 134.
 Remanet Civitas quoad temporalia, ibidem, & seq.
 Sive priveris, nec nomen habere mereris, 135.
 Insularis appellatur, licet non sit de presenti, 136.
 Civitas privata Episcopo, talis appellatur, 137.
 Frances de Eccle. Cathedr.

Dignitas potest esse sine loco, 138.
 Civitas privata, Cathedrali propter delictum, non priuatur Diocesi, 139.
 Episcopus priuatus Cathedrali omnia potest in Civitate & Diocesi, que antea poterat, ibid.
 Tex. in c. Ita nos, 25. quest. 2. expenditur, 140.
 Civitas, que auxilium præstitit pro occidendo Cardinali, priuatur Cathedralitate, 141.
 Civitas damnata ad aratrum desinit esse Civitas, 142.
 Civitas existens in banno aternali Pape, mortua dicitur, ibid. & 143.
 Civitas extincta propter enormitatem delicti, non est amplius adificanda, 144.
 Civitas condemnata ad aratrum non potest amplius adificari absque speciali licentia Principis, 145.
 Differentia inter priuationem Cathedralitatis, & condemnationis ad aratrum, hoc est demolitionis Civitatis, 146.
 Si delictum factum sit in domo communi, cuius demolitio non potest fieri absque damno loci, commutatur pena, 147.
 Domus quomodo destruantur in crimine lese maiestatis, 148.
 Roma propter occasionem Cardinalis, non priuatur Cathedrali, sed pena commutatur, 149.
 Presentia Iudicis facilius adhibet remedium, 150.
 Capta ab hostibus & destructa Cathedralis suam conservat Cathedralitatem, 151.
 Beneficia vacant per affectionem Episcopatus in manibus Infidelium existentis, 152.
 Doctrina de Episcopis quare Cathedralibus conveniant, 155.
 Civitatis qualitates ad commodè vivendum, 159.
 Nobilitas & honestas civium non multitudo attenditur pro erectione Cathedralis, 155. & seq.
 Civis quibus dotibus ornari debent, ibid. remissivè.
 Gentiles etiam bonos mores premio afficiebant, 156.
 Cathedralis in oppidis parvulis collocantes, castigati, 157.
 Et qua pena puniantur, 158.
 Concilium Toletanum facultatem habuit erigendi Cathedralis, 158.
 Temerè erecta Episcopatu à Concilio habente facultatem, mortuo Episcopo aufertur Cathedralitas, 159.
 In villulis & Castellis quando possunt erigi Cathedralis, etiam cum paucis proventibus, 160. & seq.
 Episcopus pauper & exigui gregis non contentendus, 161.
 Cathedralis potest erigi etiam si pauci sint Christiani in civitate magna, 162.
 Praxis Hispania circa Episcopos dum fuit à Sarracenis occupata, 163.
 Civitas habens Episcopum alteri Episcopum non habenti præferatur, 164.
 Officiales Regia Domus, Comites, & alii Regia urbis incolæ, an possint ordinari ab Episcopo illius tanquam ab Episcopo proprio, 166.
 Patriarchæ, Primates seu Metropolitanæ, an possint ad sacros Ordines promoveri subditi Episcoporum sua provincia, 167.

DE Jure liberam esse, imò penecessariam Ecclesiarum seu Templorum erectionem præcedente licentia Prelati, satis probavimus infra, cap. sequenti, cum de forma Ecclesiarum Cathedralium tractavimus; & cap. 6. ubi latè de causis Erectionis differemus: quod sub duabus conditionibus procedit, videlicet; dummodo alteri Ecclesiæ præjudicium non fiat, & Superioris adit auctoritas probat text. in c. Eccl. cum seq. 16. q. 1. de quo latè Barbo. in *Pastor. alleg. 2. 26. per tot.* quod intelligendum esse de præjudicio alio quàm in Gratia expresso; ex Oldrado & aliis notavit Mando. de *signatura Gratie*, verbo *erectiones: statim in prim.* Verùm hoc, quod cuiumque loco conceditur, inquitendum est an superioribus Ecclesiis id est in Cathedralibus procedat.

In qua difficultate certum est, quod licet hæc de superioribus sunt, ita etiam in superioribus locis, id est in Civitatibus erigi debent: c. 1. de priuil. c. Episcopi, cum duobus seq. 80. distin. c. In illis, §. in singulis, eadem distin. & constat ex Epist. Clem. Pape ad Jacobum: & ex 2. Anacleti, de ordine Episcoporum: & ex 1. Stephani, de accusatione Sa-

54 Ex quibus de facili intelligitur illud quod aliqui late sumpto vocabulo dicunt; videlicet, quod Villa Civitates vocantur, licet proprie Villa edificium in rure situm sine muro & vallo dicatur, secundum Cosmam in pragmat. sanct. in glof. verbo Villis, §. Insuper, vers. In Eccl. autem, tit. de Collat. Guillel. Benedic. in c. Raynautius, verb. Et uxorem, nomi. Adalsham, n. 464. Nam respondetur hoc procedere in pusillis Civitatibus, que nudam tantum sui ipsius habent defensionem; & ideo habitatores rustici, quasi a rure, sicut habitatores Civitatum Civiles appellantur à Guillelmo Benedic. ubi supra; quare Villa pro edificio posito in rure sumitur à consulo in l. 83. §. Qui fundum, ff. de Lega. l. fundi appellatione, §. de verbor. sig. Ex quo Villicus nominatur ille qui propter fructus percipiendos in rure preponitur, l. si cum Villico, ff. de insti. action. quibus adde Ripol. de Regalis, d. c. 44. ex n. 7. cum seq. Vel melius respondetur, Civitates in Francia Villas appellari, rus vero Villagium, teste Chaffan. in Catal. glorie mundi, 12. p. conf. 60. paulo post principium.

60 Licet autem alia Civitates aliis fuerint antiquiores, tamen prima que dignitatem obtinuit, fuit Salgavina in Armenia à Noe edificata, teste Joanne Andr. in question. quest. 23. que fuit Tetrapolis, idest in quatuor ditiones seu gubernia distributa; ut videtur est per ea que tradit Bovad. in polit. d. l. i. c. 5. num. 9. ubi de Civitatibus dipolis, tripolis, & tetrapolis, tribus differentiis civitatum dipolis, tripolis correspondentibus tractat: & de eodem videtur Beyerlinch in theatr. vite humane, verbo Vrbs, in princ. folio 272.

62 Merito ergo in iis locis constitutendæ sunt Ecclesie Cathedralis, tum quia major honor debetur Civitati magis populosa, ex quo hominum copia magis digna ibi morari presumitur: nam, ut ait Ecclesiastes, & refertur in cap. 1. de privi. In multitudine Populi, gloria sublevarum; in paucitate plebis, ignominia Principis. Cui adde Bellug. d. rub. 6. n. 23. & in addit. lit. E.

63 Sed obstat text. in auct. de referend. §. Propterea. Ubi dicitur quod multitudo numerosa nihil habet honestum, quoniam in paucis ex multis, que secundum virtutem est, vita salvatur: imò multitudo imperfectioem arguit: argumento

64 tex. in cap. Multi 40. distin. & videmus homines valde insignes in oppidulis natos fuisse, & unum pro omnibus allegare sufficit Dominum nostrum Jesum Christum, in humillima Patria natum, ita ut illud Ovidii conducatur, dum dicit:

Flumina magna vides parvis de fontibus orta.

Quibus non obstantibus semper tenenda est nostra sententia: nam licet in parvo populo homines insignes nasci possint: negari tamen nequit, quod in Civitate magna, & populosa facilius erit homines graviores & plures invenire; ut videtur est per ea que tradit Belluga ubi prox. d. lit. E. Tum & etiam in magnis Civitatibus eriguntur Ecclesie istæ, nam cum ibi causa ad forum Ecclesiasticum pertinet decedende sint, sicut majores civitates merum & mixtum imperium exercent, & omnibus inferioribus Civitatibus jus dicunt, ita etiam Cathedralis in iis locis erigenda sunt, ut iustitia equaliter omnibus ministretur. Circa quod vide Cento-Florum ubi supra, vers. 4. à lris ditione. Quod maximam habet conformitatem; nam per habitationem Principis, idest Episcopi, urbes brevi solent edificari, artificis, & divitiis splendidiores reddi: ut videtur est per ea que tradit Petrus Gregor. lib. 2. de Repub. cap. 1. num. 10. Et ex eo etiam negotiatores per commercium augentur, quod ad felicitatem Civitatis conducere necessarium duxit I. C. in l. 2. ff. de mundanis, cui adde eundem Gregorium latissime lib. 4. de Repub. cap. 7. Aristot. 7. Polit. cap. 8. & 9.

70 Et ex his etiam oritur ratio quare in superioribus civitatibus erigendæ sunt Cathedralis; nam cum hæc aliis præsidere debeant, tamquam Matres & Magistræ, ita etiam in supremi civitatis collocari debent, cum cives earum nobilitentur ex superioritate & splendore Civitatum; & ea ratione cives ipsarum præferuntur etiam superiori civitati alterius civitatis parvæ, ut supra notavimus. Et ex eodem

etiam principio cives Romanos, omnes alios Orbis præcedere debere ait Mandol. glof. facultatum, verbo Romani, folio 88.

Ex dictis oritur questio valde disputata inter DD. An deur Civitas sine Episcopo? In qua diversa sunt Doctorum sententia. Alii enim putantur Civitatem tantum dici, que Episcopum habet, quali Dignitas Episcopalis Civitatem constituit, neq; urbs Cathedralis carens Civitas appellatur. Hujus opinionis fuit Bart. in l. si heres §. 1. ff. de l. i. & in l. fin. col. 2. ff. de Colleg. illicitis, & in const. qui sint Rebelles, §. Lombardie, n. 5. Baldus, Alber. de Rosate, Andre. Alciat. apud Bellug. ubi sup. in add. lit. F. Gemin. in c. Si civitas, n. 6. de sent. excomm. in 6. Dec. in cap. 1. de privi. ex numer. 1. ubi Additio, lit. A. Abbas Panorm. ibi, n. 1. ubi Additio, lit. B. Cenedo cum pluribus in Collect. ad tex. in c. 1. de offic. Ordin. que est Collect. 01. ad Decretales, ubi nihil decidit: quibus addendus est Beyerlinch in theatro, d. verbo Vrbs, folio 272. vers. quidam habet, ex quibus, de Jure, solas illas dici Civitates que habeat Episcopum, ait Baldus in l. ex hoc hore 12. ff. de inst. & iur. plures apud Solorzanum de India rum iure, tom. 2. lib. 3. c. 5. n. 21. Et de Jure Canonico probant plures quos refert Barbof. in Collect. ad tex. in c. In illis, 80. dist. n. 4. Quare Civitates proprie appellari que Episcopum habent, ex Episcopi, & alius, observat Chaffaneus d. p. 12. conf. 60. statim post initium. Et secundum usum Italie idem procedere testatur Bart. d. verbo Lombardie, n. 5. Card. Tuschus præf. Concl. lit. C. Concl. 280. n. 15. late Turrianus in defensione Canonum Apostolorum lib. 1. c. 9. probat contra hereticos Magdeburgenses, à tempore Apostolorum fuisse Episcopos & Dioceses.

Quorum fundamentum desumitur ex tex. in d. c. in illis, 80. distin. ubi in singulari Civitatibus, in quibus antiqui Flamines erant positi, constitutos fuisse Episcopos à B. Petro docetur. Ergo sola Civitas debet nominari que Episcopum habet. Confirmatur ex tex. in cap. 1. de offic. Ordin. ubi singularum urbium Episcopos causas decidere debere statuitur.

Alii verò Doctores censuerunt ad essentiam Civitatis, neque Episcopum neque Ecclesiam Cathedrali requiri. Ejus opinionis fuerunt Abbas in d. c. 1. de privi. ubi late, & ibidem Decius num. 8. Raynaud. Corfus latissime indagat. Jur. lib. 3. cap. 3. Belluga in addit. lit. f. la segunda. Ripoll. qui ridiculum censet dicere, quod civitas distinguatur à Villa, in eo quod illa habeat Episcopum, hæc verò nequam; d. tractat. de Regal. c. 44. ex n. 14. cum seqq. Plures apud Solorzan. d. tom. 2. lib. 5. num. 23. & est communis Doctorum in l. ex hoc iure, ff. de inst. & iur. ubi docent, jus 76 creandi civitates dari independentem à summo Pontifice, vel Episcopi designatione, & residere apud supremum Principem, ut per plures quos sequitur Solorzan ubi proximè.

Horum fundamenta sunt eadem jura superioris allegata: nam ex eo quod in d. c. 1. deciditur in civitatibus Episcopos ponendos esse, supponit jam antea fuisse civitates sine ipsis.

Secundo in d. c. Episcopi, prohibetur ne in Castellis & modicis civitatibus constituantur Episcopi; ergo dantur modicæ civitates, que verè Civitates sunt, & Episcopum non habent.

Tertiò ad essentiam civitatis requireretur Ecclesia Cathedralis, si privaretur Cathedra proprie delictum, delineret esse civitas, per tex. in l. Iulianus, §. s. rem. ff. ad exhib. Sed quod privata Cathedralitate propter necem Episcopi, adhuc remaneat civitas, est tex. in c. ita nos, 21. q. 2. & latius dicemus infra, ex n. 134. ergo ad essentiam Civitatis, Cathedralis Ecclesia non requiritur.

Quartò, quia passim videmus plures Civitates que Episcopum non habent: per tex. in c. andimus, 3. q. 2. ut de pluribus in Alemania testatur Bart. quem sequitur Gratian. dist. 291. n. 28. Barbof. in Past. tit. 1. c. 7. n. 16. Solorz. sup. n. 25. & in poli. India. l. 4. c. 5. vers. yel dextr: & de aliis in Catalaunia Ripol. d. c. 4. n. 15. cum seq. & passim in nostro Aragoni regno quæ plures reperuntur; veluti Bilbilis, Borgia, Tudela Cascaute, Alfaro in Episcopatu Tirafon. Daroca & Alcan-

Alcanniz in Archiep. Castan. Er in regno Castellæ innumera; quas longum esset recensere: de quibus late Cenedo d. Collect. 101. ad Decret. n. 1. quod evidentissimum signum est hujus opinionis.

79 Alii verò mediam sententiam inter has duas tenuerunt; videlicet attentio lre Civitatis, urbes seu Civitates dari posse sine Episcopo; quod è contra de Jure Canonico procedit: Nam eadem viam tradidit Barbof. in Past. p. 1. tit. 1. c. 7. num. 18. secundum Lugdunensem editionem, quod repetit in collect. ad tex. in d. c. In illis, num. 6. ducitur, quia Episcopos in lege Evangelica ordinatos esse constat ex textu in c. Vrbs, 80. dist. ergo antequam essent Ecclesie Cathedralis erant Civitates: ut latius supra probavimus. Et probatur expresse in c. 1. 80. distin. Insuper Principes habent facultatem erigendi Civitates, ergo potest dari Civitas sine Episcopo: at de Jure Canonico contrarium statuitur per lra superioris allegata; Nam ad rationem boni regiminis spectat, 80 quod Civitas habeat Episcopum; tamen quod quando novus erigitur Episcopatus, creaturque in villa vel Oppido, prius Civitatis honore decoratur: Extrau. Salvador, vers. volentes, de præben. inter Commun.

81 Verum in hac questione, ut certa ab incertis separemus; frustra controuertunt Doctores distinguentes inter modicas seu parvas Civitates, seu mediocres, & maximas: nam in eo conveniunt omnes, quod Episcopi in maximis civitatibus debent collocari, d. c. In illis, cum omnibus superioribus adductis; ergo questio præcisè tractanda erit de Civitatibus maximis; non de pusillis, sicut de villis & oppidis agendum erit.

Secundo, questio præcisè similiter de Jure Canonico procedit: nam si Civitates, ut in principio docuimus, ab initio mundi erectæ fuerunt, etiam maximæ; quomodo dubitari potest quod de Jure gentium, sive de Jure Civili, non possint dari Civitates absque Episcopo, cum Episcoporum ordinatio, Cathedraliumque institutio in Legge Evangelica adinventa fuerit; ut satis late cap. 1. & 2. tractatum reliquimus.

82 Præterea è tertio, per Legem Evangelicam & per Cathedralium institutionem sive Episcoporum ordinationem, potestas Principum secularium circa privilegia, nec adempta fuit, nec diminuta reperitur, sed Principes seculares, imò Populus, Principis accedente auctoritate, civitatem creare potest: ut notat Gloss. in l. ex hoc iure, ff. de inst. & iur. Bart. l. 1. ff. de verb. sig. ubi notat, quod Civitas erecta à Populo sine Principis confirmatione, licet in rigore dicatur Civitas, tamen Regia non potest appellari, nisi sit à Principe constituta: per ea que tradit Belluga d. rub. 6. n. 23. latè Barb. d. c. 7. nu. 18. Imò si Princeps concedat alicui oppido privilegia, que non nisi civitati conceduntur eo ipso efficiuntur civitas: Bart. in Extrau. qui sint Rebelles, vers. sed quid dicas. Innoc. in c. cum ab Eccl. ver. hoc ius: ubi Joan. de Anna, de offi. Ord. Ludon. Centoflor. ubi supra, vers. 5. à privilegii, Bart. in l. 2. n. fin. ff. de verb. signif. Losæ. de iure Vni. p. 1. c. 2. n. 71. Imò ex eo quod Princeps alicui Populo scribat tamquam Civitati, efficitur civitas: dummodò ex certa scientia sciens non esse civitatem scribat: Innoc. in d. c. Cum ab Ecclesiarum, de offi. Ord. in l. 2. n. fin. ff. de verb. signif. Losæ. ubi proxime, nu. 16. eatione, quia sola ipsius voluntate constituitur Civitas:

86 Clemen. si summus Pontifex, de sens. excomm. Bart. in l. ult. n. 5. de colleg. illic. Ergo si Principes seculares, civitates erigere possunt, & Cathedralis nequaquam, cum hoc fit reteratum Rom. Pont. ut cap. 3. late tractavimus, questio præcisè de Jure Canonico procedere debet, cum de Jure Civili impossibile fit quod procedat.

87 Insuper si materiam de jure Gentium spectemus, civitas consistit in multitudine hominum habentium potestatem sibi decernendi & constituendi jus publicum: teste Arist. Polit. c. 1. circa finem. Vel est multitudo in unum congregata, ut eodem jure vivat; ex eodem Cicero. de somno Scipionis, ubi ait, nihil est quod in terris Deo fiat acceptius, quam concilia censusque hominum iure sociari, que Civitates appellantur: quare de hoc Jure homines possunt propria auctoritate Civitates constituere: Glof. in l. 1. ubi Bart. n. 1. & 2. ff. quod cuiusque Universi.

Frances de Eccl. Cathed.

Si autem Jus Civile spectemus, sola voluntas Principis Civitatem constituit: Clemen. summus Pontifex, de sens. excomm. voluit Bart. in d. Extr. qui sint Rebelles: in verbo Lombardie, num. 6. ubi Apostilla, verbo Civitas. Paulus de Castro in l. ex hoc iure, ff. de inst. & iur. DD. in c. 1. de privi. Losæus d. c. 2. n. 16. Barb. in Past. d. tit. 1. c. 7. n. 18. late Canter. 3. tom. var. c. 3. n. 9. Ripol. d. c. 44. ex n. 20. ubi n. seq. tractat quomodo debeat consistere de hac voluntate, & Solorz. d. c. 5. ex n. 23. & in polit. India. lib. 4. cap. 5. vers. yel dextr. est Bulla, ergo frustra disputatur an de Jure Civili possit esse civitas sine Episcopo.

Ex quibus convincitur, distinctionem illorum, qui putant de jure civili posse dari civitatem sine Episcopo, secus autem de jure Canonico, accomodari non posse nostre disputationi. Nam cum questio procedat ad erectionem Cathedralium, que omnino summo Pontifici reservatur, ut Bart. Paulus de Castro, & alii DD. in c. 1. de privi. observarunt, & id Potestati seculari repugnet; an de Jure Canonico etiam procedat, disputandum est.

In qua credo veritorem esse opinionem asserentium, etiam 92 de Jure Canonico ad essentiam civitatis, nec Ecclesiam Cathedrali nec Episcopum requiri. Quod probatur, sub ista tamen distinctione, quod non possit dari Ecclesia Cathedralis nisi in civitate maxima; at verò potest dari Civitas sine Episcopo de Jure Canonico.

Prima pars probatur, nam de Jure Canonico B. Petrus 94 ad similitudinem Hierarchie Cœlestis, Gradus in Ecclesia instituit juxta qualitates Civitatum, vel ad tollendam Idololorum memoriam, vel ad faciorem expeditionemque Ecclesie gubernationem, ut omnia sine confusione fierent, ut supra 1. cap. disputavimus, & tradit Centoflor. supra citatus, quod etiam decrevit Clemen. 1. & probatur in cap. 1. & seq. 80. dist. Deinde S. Anacletus Papa prohibuit in castellis & modicis civitatibus Episcopos constitui, in dist. c. Episcopi, c. illud, cum cap. seq. ead. dist. quod etiam Leo Papa confirmavit in d. c. 1. de privi. Quod ita clarum est, ut alia probatione non indigeat.

Secunda verò pars probatur; nam ut supra vidimus, civitates plures sunt, etiam de maximis, Episcopo carentes; ergo Ecclesia Cathedralis non est necessaria ad essentiam civitatis.

Secundò, licet in Jure cautum videamus Episcopum non nisi in majoribus civitatibus constitui debere; tamen quod ad essentiam ipsius Cathedralis necessaria sit, nullibi reperitur decisum: ergo hac qualitate querere de Jure Canonico DD. superuacaneum ducunt.

Tertiò, si civitas merum & mixtum exercent imperium, 96 de maximis est, ut supra probavimus; sed hoc posse concedi non solum à Principe seculari, sed etiam à Pont. Max. notum est, & probat Centoflor. supra vers. 4. ex iuris ditione, cum vers. seq. ergo ad essentiam civitatis, Cathedralis non requiritur.

Quartò, quia in Italia usus obtinuit nominari Civitates, illas que Episcopum habent; ut notavit Abb. in c. 1. de offi. Ord. & de hac consuetudine testatur Bart. in l. 6. §. ult. ff. de excus. tutor. Rip. n. 25. Los. d. n. 16. & relicto quod supra diximus, in Indiis Occidentalibus noviter inventis, civitates noviter erectas, que Cathedralis non habebant, reperiebantur; teste Solorz. d. 10. 2. lib. 3. c. 5. n. 23. & in Politica India. n. d. l. 4. c. 5. vers. yel de 2. est Bulla, ergo ex eo quia de Jure ad essentiam civitatis, Cathedralis non requiritur.

Quintò, nam ex quod in d. c. 1. de privi. & in aliis superioris allegatis deciditur, Episcopos in maximis civitatibus constituendos esse; aperte probatur, jam ante illos fuisse Civitates Episcopo carentes: consequentia patet manifestè, nam quando Sedes Episcopalis fuit erecta, jam erant civitates insignis, aliæ etiam civitates creantur; ergo si tantum Sedes Episcopalis fuit erecta, decor civitatis auctus fuit; nequaquam verò Civitas fuit erecta: exemplo ingenium hominis, qui quando nobilis à Principe creatur, ingenium non efficitur, cum jam antea talem habuerit qualitatem. Similiter Sacerdos à Pont. Max. factus Episcopus, licet per consecrationem, Pontificalis Dignitatis nomen & Characterem accipiat, non tamen erit verum dicere per consecrationem 100 fieri

credimus: & ex rescripto Julii I. contra Episcopos Orientales Abhanasti, 120. cap. 12. late Cenedo, cum pluribus, Col. 101. ad Decretales: Barb. in Pastor. tit. 1. c. 7. mm. 12. idem Barbo. in collect. ad tex. in can. in illis. Hieronymus Paulus in tract. de prescrip. Hispanie Episcopatus, & Alii: quibus adde Cresce. in summa Ecclesiastica disciplina, verbo Episcopos, in prim. que omnia ntea jam per diversa Concilia statuta fuerant; ut patet ex Laodicensi, tit. 57. Africano 2. tit. 5. & 3. tit. 42. Sardinacense c. 6. Tolerano 12. cap. 4. & aliis infra referendis, in quibus hoc sub gravissimis penis statutum fuit. Nec absque Metropolitanis licentia, & consensu, ceteris urbibus antiquitus Episcopum habere licebat, neque ipsi Episcopos aliquid gravius aggredi inconsulto Metropolitanis, ab ipsis Apostolorum temporibus apparet, ex Concilio Antiocheno, Julio sedente, & ex ipso Niceno, teste Thoma Bozzio de signis Ecclesie, signo 80. c. 2. paulo post vers. prater Barnabam. Ex quibus dignitatem Episcopalem solum constituere Civitatem, voluerunt Bart. & Alii apud Bellugam in spec. Princ. rub. 6. num. 23. & in add. lit. F. Sed an hoc sit verum? infra disputabitur, & plures apud Solorzanum de Ind. iur. lib. 3. c. 5. n. 20. tom. 2. & in Polit. Ind. lib. 4. c. 5. vers. vel dixit.

7 Non solum ergo collocari debent Episcopi & eorum Cathedralis in Civitatibus, sed etiam in majoribus: quasi non sufficiat simplex civitas, si de superioribus non fuerit: d. c. 8. Episcopi, d. c. 1. cum alius superius citatis. Ea ratione, ne nomen Episcopi nimia numerositate vilescat: c. 1. de privi. Barbof. supra numer. 12. Ex quibus in Concilio Sardicensi Oecumenico cap. 6. sub Julio I. ita statuitur: Licentia non est danda ordinando Episcopum, aut in vico aliquo, aut in modica civitate, cui sufficit unus Presbyter: quia non est necesse ibi Episcopum fieri, ne vilescat nomen Episcopi, & auctoritas: & non debent illi ex alia Provincia inuitati facere Episcopum, nisi aut in his civitatibus que Episcopi habuerunt, aut si qualis & tam populosa est civitas que mereatur Episcopum, si hoc omnibus placeat: Synodus respondit, Placet. Consonat etiam Laodicensis Concilium sub Liberio I. c. 57. ibi: Non oportet in Villulis vel agris Episcopos constitui, sed Visitatores: verum tamen iam prius constituti, nihil faciant prater conscientiam Episcopi civitatis, similiter, & Presbyteri prater conscientiam Episcopi nihil agant. Idem etiam statutum reperitur in Concilio Carthagenensi 2. c. 5. & in Tolerano 12. cap. 4. per hec verba: ut predictus locus sub monastica deinceps institutione manserit, non Episcopali ultra privilegio fraterus, sed sub Abbatibus regimine, sicut hucque fuit, erit modis omnibus mancipandus. Quod reperitur in Tomo Conciliorum Archiepiscopi Domini Garcia de Loaysa, pag. 593. Quibus adde Crespetium, verbo Episcopatus, in prim. Quare Zacharias I. Epist. 9. ad Bonif. sic ait: Memineris quid in sacris Canonibus precipimur observare, ut minime in villulas, vel modicas civitates Episcopos ordinemus, ne vilescat nomen Episcopi. Confirmat Theod. Balsamon in scol. ad cap. 6. Synodi Sardicensis, ubi ait: Quia autem in villulis sapie erant Episcopi qui & pedibus incedebant, & erant aliquo contempti, & Episcopalis dignitas contemptui habebatur, statuerunt Patres & c. Quibus adde Solorz. de iur. Indiar. tom. 2. lib. 3. c. 5. num. 33.

12 Quod etiam antea Augustus Imperator observavit, parcellissime jus Romanis civitatis concedendo, ne illud vilesceret si multas consideraret; ut scribit Suetonius in eius vita, & tradit Petrus Greg. ad tit. de Rescriptis, l. 1. c. 30. n. 5. cuius rei rationem docuit Dec. in c. 1. de prin. n. 13. dicens: id spectare ad boni regimini rationem, semperque mos fuit quod in urbibus Sacerdotes ponerentur: de quo videndus Baron. Anno Christi 57. n. 80. fol. mibi 516.

13 Nec mirum est quod Ecclesia hoc statuerit, cum fuerint aliquando homines adeo rudes & vulgares, ut Episcopum parve civitatis contempnerent non vererentur, teste Glof. in c. legimus in Asia, verbo eiusdem meriti, 93. distin. Lott. de re benef. l. 1. c. 9. n. 50. de quo etiam vide plura apud Solorz. de Ind. iur. to. 2. lib. 3. c. 5. n. 33. & in Politia, l. 4. c. 5. vers. yassi.

14 Quem ritum non solum Christiani lege suaudent, verum etiam antiqui Gentiles observaverunt, quando in civitatibus novis non solum Templis suis sacris diis, verum etiam, Deo, quem Liberum appellabant, sacrificia offerbant,

si credimus Alex. ab Alex. lib. 3. dierum genialium, c. 6. Bobadilla in polit. lib. 5. c. 10. mm. 1. Bocio in Genealogia deorum, fol. 95. Nec hoc caret ratione; nam prater supra allatas, certum est, quod Civitates supremis & majoribus plura privilegia concedi, que minoribus & parvis denegantur: hinc est, quod he Civitates nobilitant Cives suos: & ita Nobiles illarum praeferunt etiam Nobilioribus alterius civitatis parvae: Glof. notab. in l. 1. C. de Alexan. Prima, ubi Barr. Angel. Platea, & Rebuffus: Romanus in l. five ro, §. de viro fallent. 14. solu. matr. plures apud Tiraquel. tract. de Nobilit. c. 12. n. 1. Marzar. conf. 26. n. 21.

Ex qua ratione motus Rebuff. inglosa, facultatum, verbo Romani, fol. 88. contendit Cives Romanos debere preferri Civibus omnium aliarum Provinciarum, & consequenter Sacra Rituum Congregatio ex mente Pontificis apud Zerolam in praxi Episcopali, p. 2. verbo Canonica, vers. 4. declaravit Canonitatus Collegiatum Romae, esse digniores Canonis Cathedralium alterius Civitatis: de quo videnda sunt que dicemus c. 33. ex n. 18.

Ex eadem etiam ratione voluerunt, Alexandrinam Ecclesiam precedere debere Antiochenam, nam illa habebat Praefectum & Consules, & variis privilegiis ab Augusto Caesaris nobilitata fuerat, que huic non competeant: & Jerusalem erat inferior civitate Caesarensi, que Metropolis erat Palaestina, a Romanis electa pro Conventu Juridico, (que ex 52. populis constabat, teste Plin. l. 3. natur. hist. c. 3.) ita declarat Card. Baron. Anno Christi. 39. fol. 263.

Verum quia in majoribus urbibus erigendas esse Cathedralis non dubitamus, operae pretium erit omnium Civitatum differentias pertractare, ut praesentis dubitationis materia facilius capiat. Et ut rem a principio exordiamur, sciendum est multo antequam Cathedralis erigerentur, fuisse Civitates, de quarum antiquitate in genere videndus, pluribus relatis, Beyerlinch verbo Urbis, vers. Urbium extructio antiqua, in genere, in Thea. vitae humane, cum he multo ante adventum Christi Domini fuissent inventa: ut observantur Bart. in Extra. qui sint Rebelles: verbo Lombardia, n. 5. Card. Tulech. praef. concl. lit. E. concl. 380. n. 15. Lof. de iure univ. l. p. c. 2. n. 16. & probatur expressè in c. 1. 80. dist. ubi Lucius Papa sic scribit: Urbes & loca quibus Primates praefidere debent, non a modernis, sed etiam multis ante adventum Christi sunt statuta temporibus: ubi Glof. ait: imò & Provincias etiam ante Christi adventum divinas esse constare: & probatur ex text. in c. 1. 90. distin. Licet quoad Diocesces a tempore Lucii Papae incesse credit Glof. ibid. verbo ante Christi adventum: in quo per modum renovationis, non verò per modum primae divisionis admittit Lotterius de re benef. lib. 1. q. 9. ex numer. 8. Vox enim hac Diocesces districtus Praefectura Praetoriana Romanis vocabatur, quia usi sunt Matcellinus lib. 17. & Tullius pluribus in locis, ut observat Joannes Jacobus Chiffletius in tract. Responso Civitas Imperialis libera Sequanorum Metropolis, l. p. c. 2. ver. Sequanorum, in fine.

Sunt qui existimant a Cain filio Adami urbes initium habuisse, vel timore necis Abel, vel avaritia, cum jam bona in propriis haberent: de quo vide Josephum Antiquit. Roman. lib. 4. & citato eodem Josepho Antiquit. lib. 1. cap. 3. tenet Analdus de Hist. lib. p. 1. cap. 2. num. 67. quarum prima fuit Enos sive Enochius, ab Enoc filio Cain, & a Gignantibus habitata, ut tradit Pineda in Monarch. Eccles. lib. 1. c. 15. fol. 43. de quo videndus etiam S. Aug. lib. 15. de Civi. Dei cap. 8. cum quo transit Beyerlinch verb. Civitas, vers. Civitatum primi conditores, & notat ipsum 400. vel 500. annis postquam profugus ob necem Abel per orbem erraret, & jam filios & nepotes haberet, quem eam colerent, aedificasse, in superque fundatam fuisse circa Libanum ad Orientem, in compactione mentis Damasceni, figuramque exitisse Romae, in eo quod utramque fratricidia aedificavit; vide eundem Beyerlinch verbo Din. vers. urbes structae: & aliam Topo appellatam, que hodie Iapo in Syria nominatur, de quo sunt diversi Auctores, quos enumerat Bobadilla latim citandus: Alii verò voluerunt Cain septem fundasse civitates, quod an verum sit, consule eundem Bobadillam in polit. lib. 1. c. 1. n. 4.

27 Has autem civitates, Urbes appellabant ab Urbo, quod erat Aratum, qui prius in eorum descriptione circumdabant civitatem: fuit enim prima descriptio civitatis seu habitationem faciendam pro arari fulcum facta, & urbare, est aratro definire, si credimus Beyerl. in thea. vii. hum. verb. Urbis, in prin. & ideo sicut in aedificatione aratum ad mœnia aedificanda ponebant, ita etiam in destructione, ad aratum condemnabant, quando eas demoliebantur: l. pupillus, §. urbi, ff. de verb. sig. Glof. in l. 2. ff. eod. tit. l. si usufr. ff. qui mod. usufr. amit. Cæl. Rhodig. l. 24. c. 15. Grati. discept. 179. num. 32. Lofe. de iur. univ. l. p. c. 2. num. 29. vide plura apud Beyerlinch. supra, verb. Urbis, in prin. & verb.

28 Civitas, in prin. Si verò scire velis, quando in Hispania constituti urbes aedificari coeperunt, consule Torrebl. in tract. de his spiritualibus practicabilium, in Epistol. dedicatoria, à la mai III. Noble yleal Ciudad de Cordoba. Causa verò condendi urbes, commoditas & societas vitae, fuit humanæ, turriorque defensio à ferarum incursibus: de quo plura Beyerlinch. d. verb. Civitas, vers. urbium aedificandarum causa, ubi etiam urbium exordium ostendit.

29 Constituitur igitur secundum Juris regulas Civitas, quantenus ad praesentem Tractatum spectat, ex conjunctione aedificiorum, munita mœnibus, spaciis & delubris distincta, ex Ciceronis sententia lib. de Repub. Loc. supra n. 3. vel est non tantum collectio domiciliorum, sed etiam coacervatio hominum, vel Universitas civium: Cuiac. in l. 2. ff. de reb. dub. Loc. num. 56. Quare congregatio personarum & domorum in se habens multitudinem, dicitur Civitas: juxta tradita per Francicum Marcum decis. 363. num. 2. & 3. vol. 1. & deniq; Naturam Animatam appellavit, que componit ex proportionatis partibus invicem ordinatis suaqueque opera libi mutua & ad totum communicantibus, ex Aristot. lib. 1. & 5. poli. c. 2. & 3. & plura tradit Beyerl. in thea. vita hum. verb. Civitas, in prin. ita ut aliquando sumatur pro populo, aliquando pro fere civitate, vel etiam pro loco mœnibus cincto, vel denique pro coadunatione hominum: ut videtur per ea que tradit Bald. conf. 327. Prædie enim, n. 10. in fine, l. 1. Bart. conf. 196. Civitatis Ameriana, n. 6. l. 1. Sed in rigore Latino, Civitas & Urbis in eo differunt, quod Civitas incolae dicuntur; urbs verò completè urbis aedificia: ex Calep. verbo, Civitas, Arist. lib. 4. polit. & lib. etiam œconomico. Beyerl. d. verbo Urbis, vers. Cicero tamem Lotter. ex n. 5. i. cum seq. licet in iure qualibet Civitas possit appellari Urbis: ut ex text. in l. 2. ff. de verb. sig. in l. 2. C. de adif. privati. l. prescriptio, C. de oper. public. & ex Bart. observat Lofe. de iure univ. l. p. c. 2. num. 24. Joannes Andreas in c. Civitas, de sent. excomm. in 6. Abbas in c. 1. de privi. num. 1. Si autem scite velis hujus vocabuli etymologiam, vide tex. in l. pupillus, §. urbi, ff. de verb. sig. Ex quibus Civitatem, multitudinem hominum, societas vinculo adunatam, muris cinctam, Episcopum habentem, à veteribus sic appellatam diffinitur cum pluribus Ripol. in Tract. de Regal. c. 44. de Regalia creandi Civitates & villas, n. 5. & 6. ubi differentias inter Civitates & villas late ponit: quam definitionem seu descriptionem communiorum esse, inter Doctores, tradunt communiter in d. c. Civitas, ubi Joannes Anct. de sen. excomm. in 6. Lofe. de iure univ. l. p. c. 2. n. 14. ubi plura tradit. Sitandum velis scite quomodo aedificentur: vide Beyerl. locum superius citatis, ubi omnia, que tam in aedificatione, quàm in destructione omnibus modis acciderunt in venies: & de modo & causa imponendi nomen, vide eundem verbo Nomen, vers. Urbibus.

36 Secundò, quia diximus Cathedralis in modicis Civitatibus non esse collocandas; sciendum est Civitates esse in triplici differentia: Aliæ sunt minores & pusillæ, ex videlicet que jurisdictionem tantum, absq; mero & mixto imperio habent: Aliæ sunt mediocres, que mixtum tantum habent imperium: Aliæ denique maxime appellantur, que merum & mixtum exercent imperium, & he Metropolitane appellantur in l. si supra, §. Est autem, cum §. seq. ff. de excus. tutor. Bart. ubi supra, circa medium, Chaffan. in Catal. gloria mundi l. 1. p. confid. 14. Ludou. Cento-Floronus in responso pro Communitate Civitatis novæ, vers. 4. à jurisdictione, quod reperitur apud Barbof. in collect. ad tex. in dist. Francesces Eccles. Cathedra.

Can. in illis, Lofe. d. c. 2. ex n. 20. Rursus alie sunt Civitates in quibus Reges habitare solebant, de quibus sermo habetur in l. fm. in prin. ibi, Vrbe Regia, C. de his quæ ad Eccles. confug. & ha Vrbes Regia appellatur. Ideo Toletum ita appellatur, ex his que tradit Ramirez cum pluribus de lege Regia, §. 3. num. 54. & de Hispalis idem testatur Palacios Rubios de iustaret. Regni Navarra, 6. p. 5. 4. quæ ratione Roma Vrbs Regia, & Constantinopolis similiter nuncupatur: quia illa Romanorum, hæc Græcorum Imperatorum sedes fuit: de quibus ex tex. in l. Sed & reparari, §. ff. de excus. tutor. & de nostra Cæsaraugusta testantur plures, & quos lato calamo recenset Ramirez proxime citatus num. 55. cum seqq. quem omnino videas, ubi de Granata, & aliis Civitatibus loquitur; & ideo nostra Cæsaraugusta Metropolis appellatur à Botero in Relatione univ. fol. 1. tit. de Aragon. fol. 6. Blancas in comment. fol. 114. ad idem vide Anastasium Germonium de sacrosan. immu. lib. 2. cap. 5. ex num. 2.

Ex qua differentia Civitatum oritur, quod maxime Civitates habent alias sub se cum uero & mixto Imperio; Mediocres verò, quas alii magnas appellant, idem imperium in suos cives, & reipublicam; sed non in alias Civitates exercent: Parve verò nullum imperium, nec in se, nec in alias exercent, sed tantum nudam habent sui ipsius, & simplicem defensionem, ut voluerunt Bart. in l. 1. num. 2. C. de Metropol. Beryto, lib. 11. Barba. in c. 1. num. 58. de Offic. Ordin. Loc. d. 9. n. 57.

Hinc etiam est quod Civitas sumitur pro quolibet municipio totius Provincie, que Caput est illius. Unde per singulas Provincias una erat Civitas Prædialis, l. in defensoribus, C. de defen. civi. auth. Præfides Gentium, C. de Episc. audi. Chaffan. in Catalogo glorie mundi, l. 1. p. conf. 5. vers. Ipsi defensores. Hanc autem trinam differentiam Civitatum, rebus Ordinibus civium correspondere credo, videlicet, Senatorum, Equitum, & Plebis, de quibus Petrus Greg. ad tit. de Rescrip. c. 29. n. 8.

Insuper & majores Civitates, que etiam Insignes, Metropolitanæ, & Capita Provinciarum appellantur, habent plura privilegia; veluti precedere Barones, Comites, & Marchiones, ut voluit Belluga in specu. Princ. rub. 6. n. 23. adeo ut excepto Principe superiore non recognoscere, qui est majoris auctoritatis, omnes alios procedat, ut ex Paulo confil. 34. num. 4. volum. 2. sumpto argumento à contrario sensu resolvit Bobad. in poli. lib. 3. c. 8. num. 20. ubi plura de auctoritate Civitatum tradit; inter que, præcedentiam civium majorum Civitatum præ civibus minorum explicat. vide Chaffan. in Catal. glorie mundi, p. 11. confid. 14. Belluga in specu. Princ. rub. 6. in addit. lit. D.

Hinc etiam Metropoles Civitates Suidas appellat illas, que Colonias deduxerunt, & Latine Matrices appellantur, ut ait Bellu. in specu. Prin. rub. 6. in addit. lit. D. l. 2. l. 2. & in singulis Rebus publicis unam esse Metropolitam verum necesse est, que sit summæ auctoritatis, facilis enim ejus exemplo ceteræ parent, & continentur in officio; dicebat Silvanus: ideo inter Christianos Metropolitanæ Civitates appellantur, que habent Archiepiscopum: ut cum Bart. & alii tenent Ripol. supra n. 27.

Præterea in majoribus Civitatibus datur etiam differentia: alie sunt Metropoles, & Capita Provinciarum, quas Suidas Matrices Civitates appellat, & præcipue sunt inter alias Civitates, Beyerl. d. verbo Urbis, pag. 272. in fine. Alie verò, que licet Capita etiam nominentur, non ita amplam habent jurisdictionem: & in pri mis, Præfides Provinciarum quas Hispani Corregidores appellant ponuntur, & in his Archiepiscopi sedem habent: in aliis verò Episcopi; ita ut Romani Diocesces appellarent, ex Cicerone lib. 3. familiar. ibi, ut ne omnium Diocesum, que cis Taurum sunt, omniumque earum Civitatum Magistratus, & c. quas Christiani Episcopatus nuncupant, ex Petr. Greg. Synag. hor. lib. 15. cap. 12. nu. 3. & in illis Civitatibus Magistratus residebant, & nobiliores homines ibi habitabant, l. 2. Cod. de defensor. Civi. Chaffan. d. confid. 5. ut de nostra Cæsaraugusta testantur Botero in Relat. Prin. lib. 1. tit. de Aragon. fol. 6. Blancas in Comment. Aragon. pag. 114.

fieri Presbyterum, cum jam antea Sacerdos esset: ergo pari ratione, Civitates quae antea erant, etiam si per erectionem Cathedralis, culmen Dignitatis adipsam erigant, ex hoc tamen Civitates non efficiuntur, ergo potest dari Civitas sine Episcopo.

Ex dictis colligitur, opinionem assententium Civitatum tantum debere nominari illas quae Episcopum habent, de Jure Civili veram non esse, cum de eo Episcopi non fuerint instituti.

101 Secundo, nec de Jure Canonico, quare Doctores assentes esse illas solum Civitates, intelligendi sunt secundum communem usum loquendi: & quia ordinarius est, quod unaquaeque Civitas suum habeat Episcopum: ut bene declarat Jo. Andr. in d. c. si Civitas, & alii quos sequitur Ripol. supra num. 28. nec duos possit habere, ex Cuperi. in d. can. oportebat, 79. dist. tit. Differentia etiam in primitiva Ecclesia fuit inter Episcopos, & Presbyteros, num. 5. fol. 261. Vel etiam intelligendi sunt, ut Civitas generice sumpta illa dicatur quae Episcopum habet, quasi antonomastice dicatur: ea ratione; nam cum Episcopi & Cathedralis in supremis Civitatibus collocentur (eo modo quo D. Paulus antonomastice vocatur Apostolus, quia omnium maxime profuit in Evangelice praedicationis semine propagando, ideo hoc nomen antonomastice meruit, teste Dominico de Gueronibus tom. 2. instit. de Regulari Aristocratiis, c. 3. num. 23. Barbof. in Collect. ad text. in c. B. Paulus, 22. quest. 2. numer. 4. & eo modo quo Civitas Romana Urbis appellatur per excellentiam, ut dicit Abbas in dict. c. 1. de offic. Ord. num. 1.) & Analogum per se sumptum flet per nobilitatem significatio; hinc est quod hoc vocabulum Civitas sumptum per se, pro nobilitate significato, id est pro Civitate suprema, sive pro illa quae Episcopum habet, sumatur.

104 Quae distinctio & intellectus Doctorum non obscure probatur ex Belluga d. num. 23. ubi hanc quaestionem pertractat. Et Bald. in d. hoc iure, ff. de inst. & iur. quod non dicitur Civitas, sed Oppidum, si non habeat Episcopum, sed magis propriis dicitur Civitas habens Episcopum, quam si non haberet. Ecce quomodo Ecclesia Cathedralis ad complementum decoris, & honoris Civitatis, non vero ad essentiam ipsius requiritur: cujus decus maxime per Sedem Episcopalem augetur: ut optime notavit Soloz. dist. cap. 5. num. 25. & in pol. d. cap. 5. vers. Pero non pot. esse.

106 Nec ex hoc generalis Conclusio bene sumitur, quod tantum illa dicatur Civitas suprema, quae Episcopum habet: nam argumentum non procedit ita: Episcopi non possunt collocari nisi in superioribus Civitatibus, ergo ea tantum sunt superiores Civitates quae Episcopum habent: cum non repugnet dari talem Civitatem absque Episcopo; sicut repugnat dari maximam, quae merum, & mixtum non exerceat imperium; ea ratione, quia hoc in Jure cautum est; illud vero nequaquam.

107 At vero bene procedit argumentum ita formatum: In Civitatibus superioribus collocandi sunt Episcopi, ergo Civitates quae Episcopum habent, superiores sunt: Consequentia est manifesta, nam quando Episcopi in minoribus Civitatibus constituti fuerunt, Sedes Apostolica damnavit talem erectionem, ut supra in principio probavimus; ergo ex eo quia de Jure nulla fuit talis erectio.

108 Quibus positis, non obstant fundamenta contraria: non primum, ex text. in cap. 1. de privil. ubi Episcopalia gubernacula non nisi maioribus Populis & frequentioribus Civitatibus praesidere oportet, ne honor, cui debent excellentiora committi, numerofitate vilescat: ut sunt formalia verba Leoni Papae in illo textu: Nam respondeatur hoc potius confirmare quod diximus; siquidem probat, Episcopum non posse collocari nisi in maxima Civitate, quod est prima pars notae Conclusionis: at vero quod non possit dari Civitas maxima sine Episcopo, quae est secunda, minime ex eo probatur.

109 Pariformiter respondeatur ad text. in dist. can. In illis, 80. distinct. ubi statuitur in maximis, & majoribus Ci-

vitatibus Primates, & Archiepiscopos ponendos esse per singulas vero Civitates Episcopos: nam respondeatur eodem modo.

Sed fortiter obstat, quod si in majoribus Civitatibus ponendi sunt Primates & Archiepiscopi, ergo Episcopi in aliis: ergo Civitates in quibus ponendi sunt Episcopi, non sunt excellentiores. Sed respondeatur etiam in maximis Civitatibus constituti differentiam, in eo videlicet quod aliae sunt Capita Provinciarum, aliae vero non ita excellentes, licet de superioribus sint, ut supra notavimus. Unde, in prioribus statuitur collocari Primates, & Archiepiscopos; in posterioribus vero Episcopos: non quia secunda non sint de superioribus, sed quia prima sunt nobiliores, licet omnes sint maxime; sicut inter Nobiles, aliqui sunt Nobiliores; & inter Dignitates aliquae sunt Excellentiores, etiam si omnes ejusdem sint Hierarchiae: & sicut Metropolitana Ecclesia est Cathedralis sicut illa, quae Episcopum habet, sed excellentioris gradus; ut in primo Capite probavimus; ita Civitates Metropolitanae sunt Civitates maxime, sicut illa in quibus Episcopi ponuntur, licet excellentiores sint, secundum ordinem traditum a Bellu. in addit. lit. D. la segunda.

Non etiam obstat text. in dist. cap. 1. de offic. Ord. ubi singularium Urbium Episcopos causas decidere jubetur. Nam ibi supponit quod antea jam in Jure cautum erat, videlicet ponendos esse in Civitatibus Episcopos; at vero nequaquam probat ad ipsarum essentiam Episcopum necessarium esse.

Quare quotiescumque Episcopatus novus in villa, vel oppido erigitur; prius locus ille Civitatis honore decoratur: ut expressè probatur in Extravag. Salvator, de praeben. inter Communes; Petrus Gregor. de rebus benef. c. 17. num. 1. Barbof. d. c. 7. num. 2. & d. c. 1. num. 2. quoniam per solam Episcopalis Sedis assignationem quodlibet oppidum, secundum Ecclesiae frequentiore usum, Civitas constituitur: Soloz. d. tom. 2. lib. 3. cap. 5. num. 20. Quare ut haec disputatio inter Doctores tollatur, & eorum dicta conciliantur, possumus dicere Civitatem dari posse sine Episcopo, nisi hunc contra consuetudinem exposcat: Joan. Andr. in cap. Si Civitas, de sentent. excom. in 6. late Jeron. de Monte in tract. de fin. regum. c. 1. ex n. 1. cum plur. Jo. Lofeus de lere Vniu. p. c. 2. n. 16. in fine.

Hinc etiam decidenda venit quaestio, an videlicet Principes Urbem erigere possint; quae licet universaliter a DD. proponatur, & secundum dicta facti consuetudine; tamen quoad nostrum institutum spectat, de facili resolvetur. Nam si Princeps fuerit secularis, quoad jura secularia sine dubio omnia privilegia communicare potest; ita ut Civitates, quae appellantur Metropolitanae, erigere possit, concedendo illis privilegia quae haberent, si Archiepiscopus, vel Episcopus cum sua Cathedrali ibi commorarentur: ea ratione, quia ad ipsius potestatem talis auctoritas pertinet: d. l. unica, c. de Metrop. Beryto lib. 11. Rebuff. in praxi benef. d. tit. de erect. Eccl. in Cathed. secular. vel in alium statum, num. 5. fol. 196. Mitorus Mosconus de maiest. militan. Eccl. lib. 1. c. 15. vers. Notandum quoque: sic videmus, Clericos ab Imperatoribus multa privilegia concessa fuisse; in tit. Cod. de Episc. & Cleric. cum tamen certum sit, Principes seculares Ecclesias non posse consecrare, nec Clericos ordinare; sed temporalia dant privilegia, Papa vero spiritualia: Innoc. in cap. Cum ab Ecclesiarum de offic. Ord. DD. in dist. l. unica, c. de Metrop. Beryto, lib. 11. Rebuff. ubi proxime, num. 6. ideoque ut aliqua Civitas sit, quoad spiritualia, consensus Papae requiritur; quoad temporalia vero, tantum supremi Principis: Soloz. d. tract. de Indiar. iure, tom. 2. lib. 8. c. 5. num. 24. Unde Romano, jus Civitatis certis urbibus & nationibus communicavit; in l. 1. l. pen. l. fin. ff. de Cens. l. in orbe 17. ff. de stat. homin. & plaribus tradit Petrus Gregor. ad tit. de rescript. lib. 1. c. 30. num. 6. si vero fuerit Ecclesiasticus, qui auctoritatem erigendi Cathedras habeat, veluti Romanus Pontifex, vel alius ex ipsius delegatione, ut supra cap. 3. notavimus, simile privilegium concedere possunt: ex eodem rationibus, & ex late adductis a Rebuff. & Mosconis

supra

111 supra citatis. Ex quibus in Concilio Chalcedonensi prohibitum fuit, ne Clericus acciperet Dignitatem Metropolitanam ab Imperatoribus aliive Laicis, quibus prohibitum est Episcopum vel Archiepiscopum creare, licet illis a Papa erechtis privilegia concedere potest: ex Rebuff. ubi proxime, n. 6. & ideo non procedit illatio a situatione Territorii temporalis ad situationem Territorii spiritualis: quo pacto intelligendus est text. in can. Licet in regulis, ad fin. 16. q. 4. ut post alios notavit Lott. de re benef. lib. 1. q. 9. num. 15. ea ratione, quia Imperatores privilegia dant Clericis, & Ecclesiis; ipsi tamen nec Ecclesias erigunt, nec Clericos ordinant. Unde etiam Civitas non maxima in Episcopatum erigant potest, aliqua ratione suadente, ut in Laureana Civitate, quae loci ambitu & habitatoribus valde pusilla est, at vero sanctitate, maxima: repetitur enim eadem domus Beatissimae Virginis Mariae, & ejus Sponsi sanctissimi Joseph, in qua Mysterium Incarnationis humanae & totius nostrae Redemptionis operatum est: quam Urbem Sixtus V. Pont. Max. in Civitatem simul & Cathedralam erexit; ut constat ex Bulla 34. Pro excellenti: eisdem Pont. 16. Cal. April. 1586. quae reperitur in Bullario Cherubini tom. 2. folio mibi 518. ubi causae ejus erectionis devotè enunciantur: quam etiam citat Barbof. in collect. decif. Apostol. collect. 252. numer. 5. juxta notata in nostro tractatu de unica & perenni Cathedralitate Cesaravugustana, in Templo sancti Salvatoris, c. 2. num. 46. & c. 13. num. 5. & quando fuerit Collegialis erecta, ex Rota decif. 455. num. 2. parti. 2. in posthumo Farin. diximus c. 17. num. 5. & maxima cum ratione; nam id valde superat numerum Civium & caetera quae ad Cathedralam requiruntur, cum omnes qui Deum Optimum Maximum ibi adoraverint, possint ibi assumere illud Psal. 131. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius.

116 Potiori ergo jure gratias Deo omnipotenti, Augustissimaeque Virgini Deiparae refero, totoque vix decursu referam immortalis, quod Anno 1631. cum ad fastidium dignitatis Sacerdotalis Romae licet indignus assumptus fuisset, Missam novam & duas sequentes in tanto Sanctuario celebrare mihi concessum est.

117 Ex qua doctrina conciliandum venit quod aliqui censuerunt, dicentes, posse Episcopos in modicis Civitatibus vel Castellis constitui; ut notavit Gloss. in d. cap. 1. verbo, maioribus, de privil. & in cap. Episcopi, verbo, vilescat, 80. distinct. quia stante legitima causa, potius attenditur animarum beneficium, quam hujus extrinsecae denominationis quasi fumus; ut notavit Mandol. de signat. gra. §. Erektiones, vers. Vnde cum merito; nam vilescere Episcopi nomen propter habitationem Castellis, vel modice Civitatis, ex vulgi opinione est; neque enim Episcopalis dignitas ex hoc fit vilior, & d. gloss. proxime allegatis. Quare cum vulgus vilior sit pars Populi, ejusque opinio plerumque fallax & mendax, l. privatus, ff. qui, & a quibus: l. l. Barbarius, ff. de offic. Praetor. unde Celestinus Papa decrevit populam esse docendum, non sequendum, in cap. Docendum, dist. 62. quotiescumque iusta causa erigendi novae Sedes in Castellis vel modicis Civitatibus impulerit Romanum Pontificem, vel utilitas suaverit, vulgi opinio attendi non debet; quia Superior magis legibus & rationi adherere debet quam clamori populi: l. Decurionum 12. C. de penis: Centoflor. apud Barbofam d. collect. an. ad text. in c. In illis, 80. dist. vers. Minus obstat.

112 Verum Civitas constituta a Principe, & in Cathedralam erecta a Papa, quomodo gubernanda sit quoad privilegia dubitari potest. Cui breviter respondeatur ex dictis, quod utique Princeps suos constituit Conservatores & Judices. De Papa habetur in c. fin. de offic. Lega. in 6. de Imperatore vero in auth. habita, c. Ne Filius pro Patre: de quibus privilegiis abundè tractat Rebuff. in tract. de Scholast. privilegium late videre poteris.

114 Majorem difficultatem habet quaestio illa, quam supra num. 37. tetigimus: videlicet, an Civitas quae privata fuit Episcopo, remaneat talis: In qua si disputationem tantum quoad privilegia secularia Civitatum pertractemus; certum est remanere Civitatem: nam cum haec non depen-

deant a Cathedralitate, per accidens se habet privato, vel existentia ipsius ad privilegia; circa quod vide Rebuff. in praxi benef. tit. de erect. Eccl. in Cathed. secul. vel in alium statum: num. 6. folio mibi 196. De Jure vero Canonico, difficultatem habet: & in primis adest Regula generalis docens, quod si re priveris, nec nomen habere mereris: cap. Dicit, in fine, 32. q. 4. c. Fratrem, 86. dist. cap. Si cupis, 16. q. 1. l. Annulla 4. C. de feri. s.

Verum credo etiam de Jure Canonico remanere Civitatem: nam cum hoc non dependeat a Cathedralitate, ea extincta vel translata, non censetur amissa privilegia Civitatis, ea ratione, quia Insula appellatur licet non sit de praesenti: Barr. in l. insula 26. ff. de acquiren. rer. domin. & ideo Civitas quae antea habuit Episcopum, talis appellatur & remanet, etiam non existente in ea Ecclesia Cathedrali: Barr. in d. Extravag. qui sint Rebelles: d. vers. Lombardus, n. 5. Gratian. discept. 291. n. 37.

Secundo, Dignitas potest esse sine loco, c. 1. de Ordin. ab Episc. qui renno. & ibi Abb. in fine, num. 8. Fulco. de visit. lib. 2. cap. 28. num. 10. Gratian. ubi supra num. 54. ergo etiam si erigeretur Civitas quando ei datur novus Episcopus, sublata Cathedra, non amitteretur privilegia Civitatis quae ab ipsa non dependet. Confirmatur; nam Civitas privata Episcopo propter delictum, non privatur Diocesis, imò in ea potest Episcopus quidquid antea in Civitate, & in Diocesi exercebat, cum distinctione Felini, qui plures allegat in c. Rodolphus 35. in princ. de rescript. Gratian. discept. 217. num. 2. sed hoc non potest esse ex alio capite, nisi quia unum non dependet ab alio, alias enim sicut omnes partes Cathedralis amissa manent, si una dependenter ab aliis, ita procederet in Diocesi: ergo sicut Diocesis manet, ita Civitas in iis quae a Cathedralitate non pendet.

Tertio est text. in c. ita nos, 25. q. 2. ubi propter geminam necem Pontificum Scyllacenorum, Civitas privatur Episcopo, & tamen Civitas illa, Civitas manet; ergo amissa Cathedra, privilegia caetera Civitatis non amittuntur; per quem text. istam opinionem sequutus fuit Centoflorus supra, vers. non obstat quod aliqui.

Quarto est text. in cap. fin. §. quapropter, de penis, in 6. ubi Civitas, quae favorem five auxilium ad occidendum, vel offendendum Cardinalem dederit, privatur Cathedralitate; & tamen nihil dicitur de Civitate: ergo ex eo, quia non privatur privilegia Civitatis, cum unum non dependeat ab alio.

Nec satisfacit qui responderit, ex his iuribus nostram non confirmari sententiam, cum sequela necessaria sit, nempe amissio privilegiorum Civitatis, ex privatione Cathedralitatis: Nam respondeatur aliud esse damnare Civitatem propter delictum, aliud vero Cathedralam extinguere in ea: nam quando Civitas ad aratrum damnatur, tunc temporis definit esse Civitas, quia tunc temporis mori dicitur; quando Superioribus auctoritate ad aratrum damnatur; Felini in c. dilectus 30. colum. pen. post medium, num. 4. vers. Secundo, in quantum: de Simon. Marti. Laudens. de Princip. p. 102. Gratian. discept. 217. numer. 4. eo modo quo accidit quando Civitas est in banno aeternali Papae, Principis, seu Imperatoris: Laudens. de Princip. quest. 544. Gratian. supra numer. 5. quo casu, propter enormitatem delicti non est amplius spes reedificationis: Francus in dict. c. selectis, 145. qui est fin. de pen. in 6. num. 4. & ideo necessaria est novae licentia summi Pontificis, vel Principis condemnantis, ad ejus reparationem. Vide plures apud Gratian. late materiam pertractantem discept. 179. per totam, praecipue ex num. 12.

Ex qua differentia privationis videlicet Cathedralitatis, & demolitionis ipsius Civitatis, nascitur resolutio quaestionis: nam cum haec alterius speciei delictum supponat, poena commensurata delicto placitur: nam si delictum v. g. sit occisio proprii Episcopi, vel offensio Cardinalis, privata Cathedralitate: si vero crimen fuerit laesae majestatis per Republicanam admistum, ad aratrum condemnatur; ea ratione, quia ibi particulares deliquerunt, nec ideo Civitas ipsa debet puniri: hic vero Respublica deliquit, &

ideo

ideo ipsa plectitur. Unde quando crimen accidit in domo communi, & punitio non potest fieri absque lesione focii, pena commutatur: Farin. de crim. lesa. maies. q. 112. in spec. 3. numer. 117. cum aliis apud Gratian. dist. discept. 217. numer. 73. & si plures domus fuerint communes, divisio illarum fit, & destruantur illae quae in divisione assignatae fuerint delinquenti: Gratian. latè ubi proxime ex num. 74.

149 Unum tamen omittere nolui, quod si delictum privatione Cathedralis dignum in urbe Roma, veluti occisio Cardinalis, contingerit; pena commutanda est: nam si Civitas Romana in hoc puniretur, privarentur etiam inferiores Ecclesiae, cum totius Orbis Episcopus sit Romanus Pontifex, qui cum ibi sit praesens, promptius potest adhibere remedium, & penas condignas imponere: l. ult. in fin. Cod. de iis qui ad Eccl. confuge. Glof. in d. c. fin. de pen. in 6. verbo privata.

151 Potest etiam alio modo Ecclesia destructa, ejus conservari Cathedralitas: veluti quando ab hostibus capitur Civitas, vel ab Infidelibus occupatur; quo casu, & Ecclesie dicuntur Cathedralis; & earum Sponsi manent Episcopi: Clemen. in plerisque, de electione. ideo priora beneficia vacant pro afflictionem horum Episcopatum, licet aliqui contrarium voluerint: de quo vide Gratian. discept. 291. ex num. 68. & qua latius diximus c. 32. de Eccles. Cathed. capti. in mani. infidel.

153 Nec mirari debet lector, quod passim in hoc Capite, & alibi pluribus in locis, doctrinae de Episcopis loquentes quae Ecclesie ipsius Cathedralis genuinas citemus: nam hoc non est novum in Jure: extrav. 1. de concess. preben. ibi, certas Civitates & Ecclesias eximus Cathedralis; ubi Glof. ait, Cathedralis, id est Episcopales: optimè ergo DD. omnes de Episcopis loquentes, de eorum Cathedralibus de necessitate intelligendi sunt.

154 Si verò scire cupiamus qualitates Civitatum, ut commode in eis vivere possimus, consule Petr. Greg. lib. 2. de Reip. cap. 1. Aristot. lib. 7. Polit. c. 9. ubi ait locum situs sanum esse debere, in sublimi positum, populorum, boni aeris, & aquarum commoditate gaudere, ut Episcopus tamquam zelator gregis vitam & mores speculetur, eamque præbeat fluentem in tempore opportuno, & propinet aquas salientes in vitam æternam: sed de hoc latius in cap. 6. de causis erigendis novas Cathedralis tractabimus: vide latius Beyerlinch d. verbo Civitates.

155 Sed nec aliquis decipiar, existimans magnitudinem Civitatis ad erectionem Cathedralium in multitudine Civium consistere debere, operæ pretium pro corone duxi advertere, supposita jurisdictione meri & mixti imperii, quæ maximam Civitatem constituit ad hunc effectum, non tam attendi debere multitudinem Civium, quam nobilitatem, & honestatem morum qua pollere debent: Isidor. Mosco. de maies. mil. Eccles. lib. 1. c. 15. Centofio. apud Barbo. in Collect. ad tex. in c. In illis, 80. dist. Ex quibus Bodinus in tract. de Reip. lib. 2. c. 8. quætionem de partibus Civitatis pertractans, inquit: Neque enim in urbe seu Civitate aliqua tam frequentia Civium, quam nobilitatis, seu probitatis ratio habenda est. Maxima ergo cum ratione honor Cathedralitatis Civitati virtute pollenti conceditur, & alii quantumvis populosis negatur: quod etiam Gentiles suo modo observarunt; cum enim Lybia à Cæsare Augusto in Jure Civitatis dando parvissimo illud petisset, Respondit Imperator ferre se facilis posse ut paucitate Civium fisco aliquid detrabatur, quam multitudine Civitatis Romanae honor vulgetur, ex eod. Bodino. Quam doctrinam ad praxim reduxit Sixt. V. quando Populum Laurentanum in Civitatem erexit, & Cathedralium Ecclesiam in eo instituit, ut supra mentionem fecimus. Si verò scire velis quibus rebus ornari debeant Cives ad civitatum necessitatem, consule Beyerlinch in l. theat. vite humana, verbo cives, vers. de civibus & incolis.

157 Quibus positis, scire oportet transgressores horum Decretorum, quia Cathedralis Ecclesias in villis vel oppidis, & Civitatibus non maximis erexerunt, severe castigatos fuisse: de quo est elegans testimonium in Cons. T. 9.

let. 12. c. 5. ubi Stephanus Emetitensis Episcopus coram Patribus Concilii prostratus, humilem penitentiam precebat, eo quod suasionem Regis Ubambar, novam Episcopalis honoris ordinationem fecerat in Monasterio villulae, ubi Corippus S. Pamenii Confessoris quiescebat: quare Patres, tam ipsius, quam Principis levitatem arguentes, qui jamdiu & in aliis locis hoc modum fieri poposcerat, Testimonium Nicensi, Saticensis, Laodicensi, & Africanis Conciliorum adductis, sententiam ex Concilio Taurinensi 1. Can. 2. protulerunt per hæc verba: Proinde, aiant, Inducit Synodus, ut si quis ex hoc fecerit, contra instituta Maiorum, sciat is qui ordinatus fuerit, Sacerdotij se honore privandum; & ille qui ordinavit, auctoritatem se in ordinatione, vel in Concilio, minime retenturum: non solum autem circa memoratum Episcopum hac sententia prævalebit, sed & circa omnes simili errore deceptos, qui Ordinationes huiusmodi perpetraverint. Statuerunt præterea, ut præfatum Monasterium Sedes Episcopalis non remaneret, & Connidus qui fuerat ordinatus Episcopus, in aliam Sedem vacantem translatus fuit.

Hujusmodi verò erectiones à Concilio Toletano factas, & auctoritate Romani Pontificis erectas fuisse tradit Crescencius in sum. Eccl. discept. verbo Episcopatus; fol. mibi 346. de quo latius in cap. 3. sup. quis Cathedralis Ecclesias erigere possit: disputavimus.

At verò si aliquando per Concilium novæ erectæ fuerunt Cathedralis, tamen quando emerit ea potestate abusi fuerunt, mortuis Episcopis privata fuit Ecclesia illa Cathedralitate: ut constat ex auctoritate S. Leonis Papæ Epist. 8. §. ad Episcopos Africanos, cap. 2. cuius particula registratur à Gratiano in d. c. illud, 80. dist. ubi postquam prohibitionem erigendi novas Cathedralis in modis civitatibus posuit, ita scribit: Episcopalia autem gubernacula, non nisi maioribus Populis, & frequentioribus Civitatibus oporteat præsidere; ne quod sanctorum Patrum divinitus inspirata decreta veterant, viculis & possessionibus, vel obscuris & solitariis municipijs tribuantur Sacerdotale fastigium: & honoribus eum debent excellentiora committi, numeroseque vilescat: quod nunc in sua Diocesi Restitutus Episcopus factum esse caufatus est, & rationabiliter postulavit, ut si Episcopi eorum locorum, in quibus non debeant ordinari, humana conditione decesserint, loca ipsa ad jus ejus Antistitis redigantur, cuius fuerant antea; necæ Sacerdotalis Dignitas inconsiderata Ordinantis facilitate superflua multiplicatione minuat.

Sed licet omnia supradicta rite procedant; tamen negari non potest ex causa posse erigi Cathedralis, quando necessitas, utilitas, sive quævis alia justa causa id exposcit in parvis Civitatibus, ut in Laureana, propter excellentiam domus Beatissime Virginis, supra retulimus; imò etiam in Castellis & Villis & abique magnis præsentibus Episcopi constitui possunt: d. c. & temporis, 16. qu. 1. d. c. 16. Episcopi, ubi Glof. verbo vilescat, & verbo non castellis, 80. dist. Glof. in d. cap. 1. de priuil. verbo maioribus: ubi rationem reddit, dicens: Sed hoc intellige quantum ad vulgi opinionem: quia vicinior est, vocant Episcopi habet, quæ omnia eleganter confirmant verba Nazianzeni epist. 22. ad Casariem. ubi ait: Sum quidem Pastor exigentis, exiguaque Gregis Antistes &c. at gratia nunquam angusta est, nec locis circumscripta, & ita hanc opinionem amplectitur Solorz. d. tom. 2. de Jure Indiar. lib. 3. c. 5. num. 35. quam etiam prosequitur idem Autho. in politica Indiana lib. 4. c. 5. vers. si bene para eleger. fol. 529.

Que doctrina eo magis procedit in remotissimis & vastissimis Indiaram provinciis, ubi per adinventionem novarum Terrarum, quæ alias ignote, & inculte erant; necessitas animarum id postulabat: d. c. Et temporis, 16. qu. 1. dist. c. Episcoporum, ubi Glof. 80. dist. juncto tex. in dist. c. 1. de priuil. ubi etiam Glof. quibus ad de Solorzan. in polit. ubi proxime, vers. Tanquam est verad.

Supposita autem magnitudine Civitatis, recta cum ratione erigi potest, etiam si parvus numerus Christianorum ibi reperitur: c. Provincia, dist. 1. 99. de quo adest mirabile exemplum sancti Gregorii Thaumaturgi sub die 17. Novembris, qui dum Neocæsareæ esset migraturus, &

quæsisset quot in civitate Neocæsariensi reliqui essent infideles, responsum quod esset tantum esse septendecim; Deo gratias agens totidem, inquit, erant fideles cum cepi Episcopatum. Et hac ratione praxis inolevit, ut amissa Civitate: Episcopi Titulare, quos de Anillo nuncupavimus, nominentur: & ita observatum fuit quando nostra Hispania in manus & potestatem Sarracenorum olim pervenit: de quo videndi sunt Ambrosius Morales in sua Hist. lib. 5. cap. 26. Morgado in historia Hispanensi, lib. 1. c. 13, fol. 24. Antonius de Chanza in historia sancti Secundi, lib. 1. c. 26. fol. 59.

164 Verum quia pluries in hoc capite de differentiis Civitatum, & de earum qualitate & superioritate pertractavimus, sciendum est, eam, quæ Episcopum habet, inter alias Episcopos non habentes præcedere debere, ex Rayn. Coetelo indagat. lib. 3. cap. 3. Bellug. in spec. Princ. rub. 6. numer. 23. quos sequitur Bobad. in polit. lib. 2. cap. 17. numer. 15. tanta reverentia Ecclesiis Cathedralibus debetur.

165 Hinc etiam explicandum venit, id quod in principio latè docuimus, Cathedralis Ecclesias in majoribus urbibus esse collocandas, nequaquam verò in parvis; ut procedat, nisi animatum necessitas contrarium exposcat; tunc enim dispensari potest ut etiam in Castellis, & Villis, & sine magnis præsentibus Episcopi constituantur: d. c. Et temporis, 16. qu. 1. d. c. Episcopi, ubi Glof. verbo vilescat, & verb. Non Castellis, 80. dist. ita in terminis in partibus Indiaram accidit: testatur Solorz. de Indiar. iur. & gubern. tom. 2. lib. 3. c. 5. num. 35.

166 Justum enim erit quod excellentiores Ecclesie in excellentioribus Urbibus collocarentur, ut ex dignitate loci dignitas etiam Ecclesie cognosceretur; quandoquidem Officialia Regia: Domus, vel Regni, Comitum inter Consistoriani, ac Judices, qui Comitatus Regio adiecti ex officio suo videntur, ab Episcopo Regie Urbis tanquam à proprio Prælo ad factos Ordines promoveri possunt: ex quo tam Senatores, quam omnes supra dicti ibi domicilium contrahunt: ex Campanil. in divers. lib. Can. rubr. 9. c. 8. n. 22. & 23. docet Hallier de sacris elect. & ord. tit. quibus ius sit ordinandi Clericos, art. 4. §. 8. pag. 626. An verò Patriarchis, Primitivibus & Metropolitanis competat hoc privilegium in omnes subditos sui Patriarchatus, seu provincie, alteri Episcopo subiectos: vide latissime negativè resolutent eundem Hallier ubi proxime, art. 9. per totum, ubi per septem paragraphos omnia latè disputat, ex pag. 647. usque ad 654.

CAPUT V.

De forma, & structura Ecclesiarum Cathedralium.

SVM MARIVM.

Antiquitatis nihil debet ignorari, 1.
 Ecclesie nominis significationes, 2.
 Ecclesie nomen pro quibus sumatur, 3.
 Templum quid sit, 4.
 In Templo quare orandum, 5.
 Tempore Apostolorum erant Ecclesie, 7.
 Conacula fuerunt loco Ecclesiarum, 8.
 Diocletianus quare Ecclesias destruxit præcepit, 9.
 Altare quare Orientem respicere debet, & à quo tempore 10. 17.
 Christiani versus Orientem quare orabant, 11.
 Salomonis Templum Orientem respiciebat, 12.
 Altare ut respiciat Orientem non semper fuit observatum, 13.
 Altare respicere debet orientem secundum commoditatem Templi & eius structura, 14. 15.
 Ecclesie in forma Navis edificatur, 15. 24.
 Oriens novus, Christus: Oriens vetus Diabolus, 16.
 Altare quod Septentrionem respicere debet, consuetur, 17.

Ex consuetudine potest Altare aliam mundi partem respicere, sed Superior dispensare debet, 18.
 Traditiones Apostolorum, quæ fuerunt de præcepto, 19.
 Quæ obligant, & quæ non, ibid. & 20.
 Altare quare versus Orientem erigendum, 21. & seq.
 Prospera & adversa æquanimiter ferenda, 22.
 Christus in Crucem faciem versus Occidentem habuit, 23.
 Forma Ecclesiarum à tempore Apostolorum, 24.
 Quare in forma Navis, 25.
 Ecclesie quare in forma Crucis eriguntur, 26.
 Quare alse in modum circuli rotundi formentur, 27.
 Ecclesie formam Templi Ierosolimitani imitantur, 28.
 Templum humani corporis formam imitatur, ibid.
 Forma Ecclesiarum usque ad tempora Constantini non apparent, 29.
 Forma Ecclesiarum ubique terrarum una, 30.
 Patres Ecclesie, & foris numerantur, 31.
 In Ecclesia militanti quare diversa loca reperiantur, 32.
 Omnes ad unitatem pertinent, & quare, 33.
 Prima pars Ecclesie Sacrarium sive Presbyterium, secunda Chorus, tertia Navis nuncupatur, 34.
 Sacrarium, Presbyterium, sive Sancta sanctorum, ex quibus constat, 35.
 Quare sic appelletur, 36.
 Presbyterium est nobilitas pars Ecclesie, 37.
 Sancta sanctorum quare appelletur, 38.
 Presbyterium quare in tres partes dividitur, 39.
 Sacrarium quare dicitur, 40.
 Discono quare Presbyterium appelletur, 41.
 In Presbyterio Laicis non licet stare, nec sedere, & quando secus, 42. 44.
 Causa offerendi licet Laicis Presbyterium ingredi, 43.
 A quo tempore Laicis prohibitum sit Presbyterium ingredi, 44.
 Sedes pro Magistratibus & Nobilibus ubi collocanda, 45.
 Patronus Laicus ubi sedere debet in Ecclesia, 46.
 Laicus etiam patronus quo casu manutendens in possessione sedendi in Ecclesia, 47.
 Ratione hinc Patronatus quare permittatur Patrono in Ecclesia, 48.
 Laicis quomodo permittenda Sedes in Ecclesia, ibidem remissive.
 Subdiaconis an liceat ingredi Presbyterium, 49.
 Subdiaconatus quando votum castitatis fuerit annexum, 50.
 Ministri, qui Ordine sacro non erant insigniti, Presbyterium ingredi non valebant: & qua de causa, 51. & seqq.
 Laicis quare presbyterium ingredi non licebat, 52.
 Theodosius Imperator Presbyterium ingredi à S. Ambrosio prohibitus, 53.
 Diverse professionis homines in simul convenire non debent, 54.
 Laici inadvertenter ingredi: nec Presbyterium non peccant, 55.
 Inuitati à Clericis etiam excusantur, 56.
 Ignorantia iuris non excusat, 57.
 Præcipue quando adest copia Peritorum, 58.
 Ignorantia iuris quando excuset, 59.
 Laici nullum ius possunt habere in Ecclesiis respectu sedium, 60.
 Sedes Laicorum ubi ponenda, & pro quibus, & quo ornatu, 61.
 Laici permixti assistunt in Capella Papæ cum Clericis, & quare, 62.
 Papa pater communi, 63.
 Sedes Regia an poni possit in Presbyterio, 64.
 Prærogæ & Gubernatores ubi sedere debent, 65.
 Sedes Episcopi ad cornu Evangelii; Prærogæ verò ad cornu Epistolæ collocanda, 66.
 Ad sedem Episcopi duobus gradibus ascendit debet, 67.
 Regia dignitatis an sit annexus Subdiaconatus, 68. & seqq.
 Ante aduentum Christi Reges erant Sacerdotes, 69.
 Idem in variis Nationibus, ibidem.
 Congruentia Regalis dignitatis cum Sacerdotalis, 70.
 Verbum Ordo sumitur pro officio & munere Regio, 71.
 Reges